D C 1080

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-31586/fragment/page=00000001

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-31586/fragment/page=00000002

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-31586/fragment/page=00000003

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-31586/fragment/page=00000004

Stellae Nasaraeorum Aeones, ex sacro gentis codice. Dissert. praes. Matth. Norberg pro gradu philosophico p. p. Olof Svanander Scanus. d. VI Apr. 1811.

cf. G.G.A. 1815 p. 881

Christianæ & quietæ civitatis statum qui turbarent, non defuturos fuisse, illius Conditor præsagiit. Præsagii etiam impleta fides est. Et mature. Divinitus traditæ veritatis ut constantes, sic & degeneres homines ipsa Apostolorum ætas vidit. Et nescio, qua fatorum lege, in rem divinam plus humano ingenio, quam pro utriusque natura & diversitate, liceat. Quo modo nec intelligo, qua mortalium inconstantia, qui credere nolint, ipsi tamen fingere velint. Sic Simon Magus, ambitione & libidine maculosus, magnam se Numinis virtutem esse, miraculis speciosis credulæ plebi persvasit a). Quem secutus est Cerinthus, malæ etiam quam bonæ famæ cupidior, &, viveute adhuc Johanne

a) Act. 8. 9. 10.

BIBLIOTHEK der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft.

Aus GILDEMEISTER'S Vermächtniss.

ex Jeſu, palam mentiri ita auſus: Conditor mundi is populi Judaici legislator, & a Deo natus. Senſim vero a paterna virtute in pejus idem mutatus. Igitur, qui ejus imperium tolleret, Chriſtus, cœleſtium naturarum (Æonum) princeps, a Deo miſſus. Et hic in Jeſum, Judæum ſanctisſimum, delapſus. Quo autem facto, Jeſus a Conditore mundi per proceres Hebrææ gentis captus, & in crucem, ſublimi tum abeunte Chriſto, actus eſt b). Uterque manifeſtus Gnoſticæ ſuperſtitionis. Et hæc portentoſa. Quæ ſumma imis, ſacra profanis, Chriſtiana gentilibus miſcens, primo Ær. Chr. ſeculo nata eſt. Quæ vero ne adoleſceret, Novi Fœderis ſcriptoribus religioni fuit. Atque inde vocibus eorum & ſententiis, λογος, ζωη, φως, μονογενης, πληρωμα, σειροι σοφȣ, αιων, αρχων τȣ κοσμȣ, θρονοι, κυριοτητες, θεοτητες, δοξαι, σκηνωμα, ϛοιχεια, σκευος, αϛερες πλανηται &c. quæ Gno-

b) Theodor. Fab. Hær. L. II. C. III. Mosh. Hiſt. Eccl. p. 66.

Aus Gildemeister's Vermächtniss
Bibliothek der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft

ſticis familiares, origo. Gnoſticæ vero diſciplinæ vindex præcipue Johannes innotuit. Grandi mortalis ſui ævi ſpatio fœdus ille error invaluerat. Et adverſus tantum mali fidem & animum oſtentare neceſſarium ipſi viſum. Quod etiam graviter factum. Et, induta doctoris magis, quam hiſtorici perſonâ, quæ fabuloſe Æonibus ſuis Gnoſtici affinxerunt, ea vera Chriſto ineſſe, probatum fuit. Sed breviter. Plus, quam ſignificatum eſt, intelligendum. Quod vero nec in poteſtate futurum, quamdiu, quid altera ex parte fuerit diſputatum, haud ſatis patuerit. Huc usque manca ejusmodi cognitio. Tanta vetuſtatis incuria aut temporis injuria fuit. Et quantum poſteritas adjecit, totum hoc ex fama, quæ errat, acceptum eſt. Melius viciſſim oculis creditur. Et monimentum, Gnoſticæ cœleſtium perſvaſionis arcanum, aperire Cl. Præſidi contigit c). Liber Adami vocatur: quippe qui, ut fides eſt, parenti generis humani ab Æonum principe traditus, Atque genti, per Aſiæ ſecreta fuſæ d), & domi Nazaræi.

---

c) Cl. Præſidis Comment. de religione & lingva Sabæorum.

d) Baſſoræ & in monte Libano. Cl. Præſ. l. c.

foris Chriftiani Johannis, item Sabæi appellatæ, hic facer. Cujus etiam particula, ex Galilæo in Latinum verfa, in medium affertur. Neque periculum, ne, quæ res fua pingvis & opaca fit, Christianæ veritati, fua luce lucenti, officiat, Umbra hac, ut fidera nocte, illuftrior ea nitebit,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-31586/fragment/page=00000008

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Auctores peccandi humano generi Septem Stellarum Dæmones futuri. Quarum vero Stellarum una Sol; altera Spiritus Sanctus, alio nomine Lucifer Amamat: e) tertia Nebu (Mercurius), Meſſias Mendax, religionis veteris corruptor: quarta Sin (Luna), item Schurel dicta:

---

e) Probabiliter hæc eadem, quæ Valentini Gnoſtici Achamoth, Sophiæ Æonum ultimæ filia, & Demiurgi mater, Mosh. Hiſt. Eccl. p. 103.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

quinta Kivan (Saturnus): ſexta Bel (Jupiter): ſeptima Nerig (Mars). Solis qui Dæmones, auro, argento, honore, his muneri datis, nuntiisque ſuæ diſciplinæ per orbem miſſis, ſui ſtudioſos in pium Solis & Lunæ cultum inſtituent. Qui autem Luciferi, vitæ flagitioſæ inceſtæ, laſcivæ, impudicæ, mollis & effeminatæ illecebris, velut incantamentis, humanum genus ſollicitabunt. Neque, qui Nebu Meſſiæ, minori ſucceſſu agent. Quippe qui, dolo nexo, homines a patriis focis & penatibus vocatos, in deſerta locorum, ſive plana ſive

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

montoſa, ubi cælebs & ſine ſpe ſtirpis vita agetur, ſeducent. Quo modo & Dæmones iſti circumvagi, quot homines ſibi adverſantes offenderint, eorum tam corpora occupabunt, quam animas affligent: loco ſaluti nullo relicto. Quid? quod ipſe Meſſias ſe in igne conſpiciendum præbebit. Qua autem ſpecie, & quaſi ea orti mundo ſplendoris eſſet, cultoribus ſui & cultricibus, ignem a ſplendore diſtingvere neſciis, illudet. Sic &, qui Kivanis (Saturni), luctui, ejulatui, ſqualori cauſas ſtructuri, genus humannm felicitate depellent.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Quibus vero, qui Nerigi (Martis), ii pejores. Irruent hi in homines, &, exuta veſte, corpora lacerando, ſangvinem effundent. Ideoque Spoliatores, Carnifices, Laniones, Jugulatores iidem vocabuntur. Sed Meſſias ſub alia etiam ſpecie generabitur, tamen igni nec tum diſſimilis, item in igne vim ſuam oſtenſurus, tituloque Imanuel & Jeſu Vivificantis inſignis. Sic & in igne ſua ſedes. Atque curru vectus igneo, vobis dicet: accedite. Calet, ſed non dolebit. Verum nulla ipſi ſit fides. Præſtigiator ille. Atque vos urgere

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

ubi perexerit, nomen illi, ſed ſimulate, neque ex animo, detis. Nam deſciſcere a religione, cujus ſanctor Dominus veſter, Rex Summus lucis, cujusque arcanum Meſſiæ Mendaci non vulgatum, grande nefas fuerit. Pari modo, atque eo profeſſuro: ego ſum Deus, ſum Dei Filius, Pater me huc miſit, ſum primus omnium Apoſtolus, ſum Hebel Zivo, cœlo delapſus adſum; credulos vos nec præbeatis. Neque enim inſtar ignis, & iſta mundi ætate,

ܗܒܠ ܙܝܘܐ ܒܝ̈ܪܐ ܗܘܬܐ ܐܬܚܙܝ ܗܘܝܐ ܐܢܘܫ

ܐܘܙܪܐ ܐܚܪ ܡܫܝܚܐ ܒܐܘܪܫܠܡ ܒܝܬܗ ܠܒܘܫܐ

ܕܡܘܬ ܡܝܐ ܠܒܘܫ ܒܪܝܚܐ ܒܝ̈ܪܐ ܡܫܝܚܐ ܘܠܐ

ܠܒܘܫܐ ܕܝ̈ܪܐ ܠܒܘܫ ܘܫܘܠܛܢܐ ܘܪܘܚܐ

ܠܒܝܬܗ ܘܡܫܝܚܐ ܒܥܠܡܐ ܕܦܠܛܘܣ ܡܠܟܐ

ܕܠܡܠܟܐ ܐܣܘܐ ܐܘܪܚܐ ܠܡܠܟܘܬܐ ܐܚܪ ܒܚܝܠܐ

ܕܡܠܟܐ ܢܗܘܪܐ ܕܢܗܘܪܐ ܡܠܐܟܐ ܡܪܘܬܐ ܘܡܢܗܝܪܢ

Hebel Zivo comparebit. Procedet viciſſim in medium Genius, cui Anuſch nomen f). Et Hieroſolyma ſua patria. Tamen, & more aquæ vaporantis, ſed in ſpeciem nubis conformatæ, etiam ille corpus nec ſolidum, ſolido autem ſimile, circumferet. Neque perturbationibus animi hic obnoxius. Qui vero orbem terreſtrem, imperante Pilato, adibit, auſpicio & virtute Regis Summi lucis, ſalutem ægrotantibus, lucem cæcis, leproſis

f) Probabiliter etiam hic idem, qui Baſilidis Gnoſtici Nus, item Chriſtus dictus, Dei filius, & Æonum princeps. Mosh. Hiſt. Eccl. p. 102.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

valetudinem, debilibus & mancis inceſſum, mutis ſurdisque vocem, & pie mortuis vitam redditurus, eodemque tempore eſſe mortem & vitam, eſſe caliginem & lucem, eſſe errorem & veritatem, præcepturus, atque homines a quovis peccato ad nomen Regis Summi lucis arceſſurus. Trecenti ex contrario & ſexaginta vates, urbe Hieroſolyma egreſſi, iique circumvagi, in nomine Domini celſitudinis divinum afflatum oſtentabunt. Quo autem facto, Anuſch Genius in ſedem juſtitiæ abiturus eſt ſublimis; ſicut & ceteri Genii eodem

ܘܒܟܠܗܘܢ ܐܘܬܪܐ ܡܫܬܡܗܝܢ ܡܢ ܒܢܝܢܫܗܘܢ
ܕܒܝܬ ܐܒܗܬ ܗܝܕܝܢ ܘܬܚܪܒ ܡܕܝܢܬܐ ܐܘܪܫܠܡ
ܕܥܡܗ ܒܝܫܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܢܬܒܕܪ ܘܡܬܦܪܣܝܢ ܒܩܘܪܝܐ
ܘܡܕܝܢܬܐ ※

---

momento ab oculis humani generis disparebunt. Vastabitur quoque tum Hierosolyma: & gens sua improba per pagos & urbes profuga distrahetur.

[illegible]
[illegible]
[illegible]

Septem Stellæ: & totidem, quas sui Æones condent, gentes a). Prima, quam Adonai (Sol) convocabit, Israelitarum futura. Neque alia mutuo hostilior: uno alteri, quod displicebit, facturo. Et hinc origo Jazukææ: quæ insipiens ignem, Messiæ tegmen, venerabi-

---

a) Duo, doctore Saturnino Gnostico, rerum principia: Deus & Materia. Et nundum septem stellarum errantium imperatoret, inscio Deo, & invito materiæ Principe, condiderunt. Quod opus etiam Deus probavit: & divisum in septem partes mundum septem ejus Architectis, quorum unus Judæorum Deus, subjecit, supremo tamen imperio sibi servate. Mosh. Hist. Eccl. p. 98.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

tur. Altera, quam Spiritus Fallax conciet, exitio ea devota. Atque, utcumque jejuna & mœſta, in locum tenebrarum, ultimo ſpiritu reddito, præceps hæc itura. Tertia, quam Meſſias (Mercurius) congregabit, falſæ religionis ea cupiens, neque uniformis purique ſacri conſtans, ſublato veteri & ſano novum & inſanum veſani Meſſiæ per orbem terrarum propagabit. Quarta, quam Sin (Luna) colliget, fœdum ubique parentis ſui vultum hæc referens, & dolorum, angorum mater,

[illegible]

---

quoscumque præstigiis & lenociniis ceperit, eos omnes animo corruptos casum ad fatalem dabit. Quinta, quam Kivan (Saturnus) contrahet, indies ipsa fame laborans & misera, etiam alios, & quidem utriusque sexus, tam juvenes quam virgines, longa in jejunia propensos, sed eosdem falsa in vaticinia compositos reddet. Sexta, quam Bel (Jupiter) coget, procreatrix ea regum & principum, Qui autem sævientes in genus humanum, suoque in throno jus reddituri, inter vincula & verbera, subditis suspiria & lacrimas commovebunt. Et supplex misericordiæ eo minus voti sui

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

compos futurus, quo atrocius ille flagris cædetur. Qui vero talem, ſune cervicibus injecto & adſtricto, ad palum ligaverint, ſub ictu ignis ii futuri. Quomodo &, qui eorum more erraverit, locum lucis non viſurus, ſurſum ſuo ex caſu fruſtra nitetur. Septima, quam Nerig (Mars) inſtituet, fallendo coaleſcet. Et ex ea oriundi, qui per ſpatia orbis tætre diſcurſantes, non ſolum ipſi ſtultitiam ſuam palam facient, ſed etiam per alios & veneficos humanum genus atrociter, nec ſine cæde & ſangvine, affligent. Atque dux infeſti ſui ag-

minis in quamlibet internecionem, prima vice animo hilari, ſecunda ore ridenti, tertia bile commota exſultabit.

Duodecim Stellæ, capto partiendæ ſuperioris ſphæræ conſilio, in ſuo opere hac proportione uſi ſunt. Tribuere ſcilicet, numero circumacti cœli ſubducto, Arieti duodecim millia annorum: Tauro undecim millia annorum: Geminis decem millia annorum: Cancro novem millia annorum: Leoni octo millia annorum: Virgini ſeptem millia annorum: Libræ ſex

[illegible]

ſex millia annorum: Scorpioni quinque millia annorum: Sagittario quatuor millia annorum: Capricorno tria millia annorum: Aquario duo millia annorum: Piſcibus mille annos. Cœlum ſic deſcriptum inter ipſas per ſpatia temporis fuit. Tamen orbis terrarum, quæ eum implerent, rerum vacuus. Qui vero ut eas, & quidem per duodecim voces, acciperet, inter Duodecim Stellas, habito concilio, convenit. Atque in auctoris ſui ſimilitudinem res quæque expreſſa fuit,

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Voce Arietis exſtiterunt animantia horriſona. Voce Tauri exſtiterunt animantia malefica, &, quidquid ore hauſtum liquefactumque fuerit, reciprocantia, eodem autem actu æſtum ſuæ auimæ eructantia. Voce Geminorum (duabus Stellis inceſte ortis commune hoc nomen) exſtiterunt animantia, mali ingenii, &, quiquid arreptum fuerit, minutim disrumpentia. Voce Cancri exſtiterunt animantia, in ſpiram ſe colligentia, generique humano magnopere nocitura. Voce Leonis exſtiterunt animantia, vehementer voracia, in

[illegible]

---

omne, quod animam traxerit, irruentia, rugituque in orbe terrarum ſtrepentia. Voce Virginis exſtiterunt herbæ & arbores cujusque generis, frugiferæ & lætæ. Voce Libræ exſtiterunt plantæ aquaticæ, ſed quæ letiferæ. Voce Scorpionis exſtiterunt reptilia, maligna, iracunda & mortifera. Voce Sagittarii exſtiterunt animantia furibnnda, &, quicquid obviam venerit, humi proſternentia. Voce Capricorni exſtiterunt animantia aliti generis, nec ſpeciem nec utilitatem habentia. Voce Aquarii exſtiterunt animantia, pravæ item indo-

ܡܢܝ ܕܡܝܐ ܘܠܐ ܐܝܬ ܕܢܘܪܐ ܗܘܐ ܡܢܗ ܐܬܒܪܝܬ ܗܘܐ ܡܢܗܘܢ ܢܦܫܐ
ܘܡܢܝ ܘܠܐ ܕܡܢܐ ܢܘܢܐ ܕܒܫܘܠܛܢܗܘܢ ܢܘܢܐ ܡܢܗ ܗܘܝ ܘܬܢܝܢܐ
ܗܘܐ ܡܢܗ ܒܗܠܝܢ ܕܒܗܢ ܘܠܐܝܬ ܒܫܘܠܛܢܗܘܢ ܗܘܝ ܐܝܟ ܒܨܒܝܢܐ
ܠܬܪܥܣܪ ܕܐܬܬܪܨܘ ܠܡܫܒܚܐ ܕܢܝܬܐ ܢܫܩܗ ܥܠ ܒܨܒܝܢܐ ܫܦܝܪ ܘܟܠܗܝܢ
ܒܡܬܘܢܐ ܘܡܬܪܒܝܬܐ ܫܒܥܐ ܟܘܟܒܐ ܫܘܒܥܐ ܡܢܐ ܐܢܬ ܫܡܫܐ
ܢܗܘܢ ܒܪܩܝܥܐ ܫܒܥܐ ܟܘܟܒܐ ܠܫܘܪܝܬܐ ܢܫܬܐ ܕܢܗܘܢ ܢܗܘܐ
ܡܢܗܘܢ ܟܠܗܝܢ ܠܬܪܥܣܪ ܐܝܟ ܕܒܝܬܐ ܒܡܘܬܐ ܕܢܗܘܢ ܟܠܗܝܢ ܟܠܗܝܢ
ܐܬܐ ܟܠܗܝܢ ܠܫܘܪܝܬܗܘܢ ܕܡܫܬܡܗ ܢܗܘܢ ܠܟܢܫܬܐ ܠܡܬܐ

lis, aſpectu fœda, neque uſu meliora. Voce Piſcium exſtiterunt animantia, piſcarii, ſed mali & pernicioſi in Crocodili morem generis. Res illas omnes, animatas & inanimatas, ut Familia Vitæ tolleretur, Duodecim Stellæ paraverant. Quibus itaque etiam totidem vehicula, in medio cœlo fixa, Septem Stellæ Errantes diſtribuerunt.

Verum Stellæ hæ Planeticæ per illas Zodiacales, excitando indies certamina, perniciem Familiæ Vitæ machinantes, neſciebant, quas interituri mundi partes

ܘܡܢܝܢܗܘܢ ܒܗܘܢ ܠܕܘܒܒܐ ܒܡܠܟܗܘܢ܇ ܘܠܐ ܕܝܪܝܢ ܐܡܫܬܠܠ ܐܠܪܘܟ
ܐܬܩܪܝܢ ܐܡܫܬܠܠ ܕܒܡܠܟܗܘܢ ܪܘܢܝܢܗܘܢ ܡܠܐ ܒܫܢܐ ܗܘܢ ܘܠܗܝ
ܕܩܪܝܢ ܘܠܐ ܗܢܝܢ ܡܠܪܬܐ ܢܪܝܢ ܗܢܝܢ ܒܬܡܠܠܟܗ ܐܠܪܘܟ
ܘܒܬܡܠܟܗ ܠܟܠܗ ܫܪܬܗ܇ ܕܝܢ ܗܢܝܢ ܒܟܪܟܗܘܢ
ܠܒܢܝܐ ܙܘܢ ܐܠܗܐܠܟܗܘܢ ܡܫܠܐ ܕܝܢ ܢܝܫܬܗ ܐܠܪܘܟ ܢܝܐ
ܐܬܒܫܘܟ ܡܠܝ ܪܝܫ ܘܟܪܝܫ *

---

fecerant, haud ratas & conſtantes futuras fuiſſe. Nam, quæ produxerant, animantia ego (Gabriel) ſic partiebar, ut alia mactanda, alia inequitanda generi humano uſui forent, ſcilicet ut pura Adamo Familiæque Vitæ in jus dominii obedientia & ſervientia concederent. Quo autem facto, conticuere Stellæ iſtæ Errantes, atque Adam certior talium factus gaudio exſultavit.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Petierunt Genii a Vita Secunda veniam, ut mundum ipsi ſedem pararent. Qua etiam perinde ac portione lucis & aquæ vivæ impetrata, hæc fabrica exſtitit: ſicut & Genii, quibus Filii pacis nomen, ſuam quisque dominationem obtinuere. Viſo autem orco, ſuam Bahak Zívo mentem his verbis explicuit: princeps ſum Genius, Geniisque habitacula inſtituí: tamen, quo modo his ignibus æſtuantibus, his aquis profundis utendum ſit, neſcio.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Vocatum tum in conſcientiam arcani Fetahil Genium deſcendere ad ima, rerum omnium vacua, &, qualem Filios Pacis accepiſſe viderat, orbem ſibi procreare, Gabriel Nuntius juſſit. Nulla tamen Stygii fluminis mentio facta. Eo vaſti autem loci ubi curſu præcipiti pervenerat, ſummæ paludi immerſus, miraculo mutati ignis vivi obſtupuit. Quo viciſſim mutati ignis vivi ſpectaculo Spiritus, langveſcente, hebeſcente ejus ſplen-dore ſuperbiens, excuſſoque ſuo pallio laſciviens, Ka-raſtano veſano dixit: vides, quam vicem ſplen-

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

dor Hoſpitis (Fetahilis) ſubierit. Sum tua mater: mihi nube, teque a cancellis, quibus teneris, in libertatem vindica. Et dictum in Plutonis ſenſum intimum penetravit. Suſcepta ſeptemplex progenies. Quæ & ſeptem per dies edita eſt. Atque hæc ſeptem Stellarum, vilis ac multiformis. Qua autem viſa, Spiritus animo defecit. Neque enim altera alteri ſimilis. Et quæ præterea contumax, ſuique parentis inficians fuit. Aquis autem infernis ma-

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

nu lavata, terram fieri Fetahil juſſit. Quo tamen lavacro hæc non coiit: huc & illuc fluente & dilabente ſui materia. Atque ambiguus animi Fetahil ſtetit. Quo autem comperto, Spiritus obſirmato animo, factoque iterum gradu ad Buro, mundi inferioris regem, rogavit: tibi mundus ſuperior cedet. Nam ſolutam ejus compagem eſſe, fama tulit. In fas conjugale ſi tranſieris, vis tua duplicabitur. Cui rogationi neque hic interceſſit. Et concepta duodecimplex ſoboles, inferna & ſcelerata,

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Qnæ etiam per duodecim dies generata eſt. Quæ vero omnis item multiformis, manuque ventilabrum tenens. Et, qua viſa, triſtitiæ & lacrimis ſe mater tradidit. Etenim malæ etiam hæc indolis, incertoque ſe patre natam arguens. Jam ſuum opus deſerere, in animum Fetahil induxit. Et Spiritui hoc reſciſcenti ſpes facta eſt, fore, ut ille Hoſpes imperio mundi propoſiti exiret. Petiit itaque tertium nigra tartara, & Karaſtanum rebellem, manibus pedibusque mutilum, his precibus fatigavit: pater, tua ſum filia, ſacrum nuptiale

ܫܡܥ ܕܒܥܬܟ ܐܢܐ ܠܟ ܩܠܘܬܝ ܦܘܩܕܢܐ ܥܢܝܢܟ ܡܫܒܚܘܗ

ܦܘܠܚܢܐ ܒܟܠܗ ܕܝܠܟ ܢܦܩܬܐ ܕܐܬܐ ܠܠܠܡܟ ܦܫܝܢ

ܦܦܦܗ ܘܐܬܪܗ ܫܠܝܚ ܒܝܬܐ ܠܐܘܪܗ ܦܦܦ ܒܦܦ ܘܦܦܠܠ

ܗܝܠܝ ܢܦܩܬܐ ܐܝܬܝ ܕܗܘܝܘ ܒܝܬܝ ܡܒܝܬܐ ܘܦܝܘ

ܕܐܬܦܝܒ ܘܐܬܦܦܝ ܒܦܝܐ ܒܦܘܦܐ ܡܢܐ ܒܦܠܐ ܒܦܒܐ ܒܦܝܦ

ܦܝܦܐ ܒܐܢܝܐܬܐ ܢܦܩ ܢܒܦܬܐ ܒܐܠܠܬܐ ܢܦܘܬܐ ܒܗܘܪܝܐ

ܡܠܒܝܒܐ ܒܐܪܒܐ ܢܦܘܬܐ ܝܦܒܐ ܐܠܝܒܝܢ ܒܐܪܒܐ ܢܦܘܦܝ

ܒܢܦܫܬܐ ܢܦܘܬܐ ܦܪܝܝ ܕܝܘܐ ܠܒܗ ܢܦܠܐ ܘܪܒܝܢܗ

ܢܦܠܬܐ ܕܢܝܬܐ ܡܢܦܢܝܐ ܘܝܪܐ ܢܦܒܠܬ ܘܝܒܠܬ ܢܦܦܝ

---

si celebraveris, tuæ ambitioni imperium mundi satisfaciet. Nam, qui ad regnum tuum divertit, Hospes in eo est, ut id quod suum relinquens, in lucis hospitium sublimis abeat. Impletum, quod in voto fuit. Et stirps quintuplex suas radices egit. Sed ea superba, subdola mutuo, & malefica. Quam vero Spiritus, uno die nec sine stridore fulgurans, alteroque tonans, & tertio fulmina vibrans, quarto autem in foribus averni remugiens, & quinto Dæmonis corde acriter palpitante

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

parturiens, peperit. Et hæc quinque Naturarum (Stellarium). Quæ etiam formâ dissimiles, sibi invicem invisæ, aliis infestæ, & præpotentes. Quibus autem visis, manus capiti Spiritus injecit, &, dilaniata comâ, mentequе turbata, clamavit: cursum intendi; tamen metam non contigi. Inutiles meæ artes obscuræ: nec in ullam mundi sortem ego nata. Secum in animo & sollerter nunc Fetahil versavit: accedam ad Vitam, venerabundus & supplex, ut aliquantulum de specie ignis

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

vivi sumam. Cujus vi deinceps, & quidem orbe circa profundum acherontem facto, fortunam experiar, experimenti eventum Vitæ narraturus. Sic factum est. Et, qui admisti illius ignis afflatu excitatus, atque ex regione Sineves latus fuit pulvis, hic fauces imæ voraginis obstruxit: composito in tranquillum, concretoque in solidum tartaro. Quo autem facto, & spatio cœli extenso, qui ejus medium obtinuit, Daljo Bar Gudo procumbens in genua tanti operis auctorem celebravit, sibique posito sublimi throno gavisus est. Murum jam terræ Fetahil duxerat. Quem vero cum cœli centro jungere vellet,

ܒܡܫܐܠ ܕܝܢ ܡܬܠܐܒܗ ܒܚܪܫܐ ܕܒܝܠܬ ܚܛܝܬܐ
ܒܟܠܗܝܢ ܟܘܟܒܐ ܕܝܠܗ ܘܡܙܠܬܐ ܕܒܪܟܬܐ ܕܓܪܬܐ
ܡܬܚܬܝܢ ܐܦ ܕܝܢ ܒܗܘ ܕܗܘܢ ܪܡܐ ܕܒܪܐ ܘܐܬܟܢܫ
ܘܫܠܚ ܒܟܘܟܒܐ ܕܝܢ ܒܗ ܘܚܕܐ ܪܒܐ ܕܪܒܐ
ܘܥܠܘ ܐܦܝܗ ܒܚܫܘܟܗ ܐܬܪܐ ܕܓܒܪܐ ܘܠܐ ܫܡܥܗ
ܒܟܘܟܒܐ ܘܗܘ ܡܬܚܬܝܢ ܘܥܬܝܕܝܢ ܒܪܘܚܐ ܚܝܠܐ
ܡܢܝܢ ܘܬܠܐ ܡܬܚܠܡ ܡܢܗ ܗܘܬܝܢ ܐܬܐ ܠܬܗ
ܡܢ ܠܬܢ ܐܬܝ ܬܘܢܠܟ ܐܢܚܢܢ ܘܐܬܝܢܐ ܒܟܠܐ

peccatrices illæ Noctuæ magiâ magæ Besilat imbutæ, Stellæ inquam Errantes & Zodiacales vanæ eum circumdedere. Et, cum idem, evecta sublime illa mole, cœli convexum sibi tectum imperiale construxisset, fornicatum suum opus etiam hæc sidera conscenderunt: Quinque vero Stellaribus in suo furno manentibus. Tunc quæsitum: unde venistis? Et responsum: ab inferis huc progressi, merere stipendium, in tuo negotio tibi præsto, atque in

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

mundi regimine tibi ſolatio & auxilio eſſe cupimus. Honeſte (hoc pollicemur) agemus. Nos tibi commendatos habe. Quod etiam ipſis promiſſum, ſed ſub hac conditione: ſi honeſte egeritis, clientes mei & familiares futuri eritis. Quæ autem mundi fabrica Fetahili tum ſublata fuit, ab iſtis Rebellibus occupata eſt. Conſilium

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

inde Fetahili, domum ſui parentis repetere, ut rem geſtam narraret. Spiritus ex contrario, ut (Magas) Humro & Aſtarto, & Stellas, tam Errantes, ſuos liberos, odii machinatores, quam Zodiacales, communis perniciei auctores, item quinque Superbas, belli cauſſas, excitaret, operam dedit. Iraſcens vero Fetahil vehementius, quam prudenter, baculo intento, pectus triclinio alliſit. Et redux ad domum Vitæ coram patre ſuo hæc diſſerere ſtatuit: creatus a me mundus erat. Quem vero ut demolirentur, Spiritus Magas Humro & Aſtarto, & Stellæ, quæ Errantes,

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Vagos Corruptores, quæ vero Zodiacales, Diabolos (quorum in mundo ſimulacra), & quæ Quinque appellatæ, ſævos Imperatores (quorum in terra vaſta & aqua profunda item ſimulacra) in medium vocarunt. Atque jactans ſui Sp., orbis terreſtris imperium, nobis abrogatum, ſibi arrogat. Domini tamen nos fabricæ mundanæ. Cujus autem domina Spritus loco noſtri futura eſt: cuſtodiæ ſuæ honore ſolo nobis relicto. Quod vero nefas, Erit Zodiacalium, dies, menſes, horas, di-

ܦܠܓܘܬܗ ܠܒܘܠܗ ܒܒܫܡܐ ܠܟܢܫܪܐ ܒܚܫܟܐ ܕܢܗܫܪܐ ܗܘܐ ܡܢ
ܫܒܝܚܘܗ ܠܐܒܘܗ ܠܡܠܟܐ ܢܘܪܐ ܘܫܒܝܚܐ ܕܐܬܠܒܫܗ ܡܢ ܐܝܢܐ ܠܟܠܒܝܐ
ܐܝܟ ܕܐ ܢܫܡܬܐ ܢܫܡܫ ܠܢܘܪܐ ܒܝܢ ܢܫܡܫ ܕܠ ܠܝܒܗ
ܐܝܗ ܒܫܡܐ ܒܠܒܐ ܢܫܝܐ ܘܢܒܝܢ ܠܒܬܐ ܐܡܒܝܠܬܐ
ܡܒܝܪܐ ܕܢܒܝ ܫܒܝܒܐ ܘܦܠܓܝ ܡܠܒܘܬܐ ܕܗܘܐ ܠܟܠܝܐ
ܕܐܠܐ ܠܒܘܬܐ ܫܘܐ ܒܕܐ ܘܠܒܫܪܐ ܕܐܘܪܐ ܐܡܪ ܒܐܫܝܬܐ ܠܫܒܝܒܐ
ܢܒܝܗ ܠܐܝܪܐ ܢܗܘܐ ܡܠܟܐ ܒܒܠܟܐ ܐܡܪܠܗ ܢܒܝܗ ܠܐܝܪܐ
ܦܐܫܝܬܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܒܠܫܘܝܢ ܐܒܝܗ ܐܝܪܐ ܒܝܢ ܕܢܠܟ ܗܘ

---

lucula & crepuſcula diſcriminare. Sed ad nos pertinebit, ſi fabrica mundi noſtra futura ſit, ſpatia ſui temporis ita definire, ut a terræ coagulo ad primordia Adami 360,000, & ab his ad generis humani incunabula 480,000 anni, omnes inter ſe æquales, & tales, quales a Spiritu fallaci & Zodiacalibus perditis deſcripti fuerint, perpetua ſerie vertantur. Spiritui & Septemſtellaribus ignotum, orbi dominum haud defuturum eſſe. Adamum, filium

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

dilectum, qui Superas Poteſtates colat, qui conſiſtens pedibus beſtiam voracem manu percutiat, & qui, quibus poterit, proſit, ego creem. Quæ vero meditatus Fetahil, Stellis Errantibus, quæ regnum, animantibus domeſticis, feris, ceterisque rebus terreſtribus deſtinatum, inter ſe diviſerant, dixit: Adamum, orbis regem, creemus. Reſponderunt: illius operis etiam nos ſociæ. Ille: negotio ſolus ego ſuffecerim. Hæ: nonne & nos potentes mundique moderatrices? Ille: vos nutriciæ illius & ſervæ

[illegible]

perpetuæ. Talem vero fabrefacere ſi auſæ fueritis, animam ei addere nunquam poteritis. Quod & accidit. Conformato enim corpori ſpiritum infundendi facultas defuit. Itaque advocatus fuit ventus acer, qui oſſa agitando ea medullæ capacia redderet: arceſſita ignis vivi claritudo, quæ fictam Adami imaginem illuminaret: accitus tepor æſtus, atque calor ignis peredentis molemque quamvis permeantis, qui ſpinas dorſi in brachii utriusque movendi protendique poteſtatem impleret. Sed ut pedibus ſe Adam exigeret, non effectum. Sic & Fetahil ad lucis locum

[illegible]

---

reverſus, interroganti patri, quid feciſſet, reſpondit: quod feci, omne id quidem mei, non vero tui imaginem expreſſam habet. Quocirce Pater hic Geniorum Genium Summum Mano, in occulto verſantem, corporaque adumbrata omnis generis & ſpeciei illuſtrantem, adiit, acceptamque illius tiaram Fetahili dedit: Geniis Vitæ, Hebel, Schetel & Anuſch ad animam Adami diligenter attendere juſſis. Animæ autem corpori miſcendæ Fetahil imperitus. Quam itaque & ſub adventum in tellurem cum ille ad Adamum ferret, eam ipſi de manu (ego Gabriel) ſumſi, &, hujus

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

oſſibus ſtudioſe apteque compoſitis, corpus ſpiritu divino afflavi, & cerebrum judicii, ſplendore Vitæ colluſtrat'i particeps feci, dicens. Genie: vocem articulatam bonæque rationis redde. Quo autem facto, Dæmonibus, agminatim & aſſultim diſcerpere Adamum cupientibus, me obtuli, Quomodo & Fetahili, facinus ſuum lamentanti, ſub ſpecie patrii ſplendoris apparui Neque non ego viſus Spiritui corruptrici Stelliſque Errantibus. Quæ conſcientiâ ſceleris afflictæ & proſtratæ dixerunt: deliquimus; ſed delicti veniam a te, Domine, petimus, Et hæc data:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

fide autem jurata, ne in animam Adami peccarent. Atque Adamo ſapienter præceptum fuit, ut Adakas Zivo Genium, ſuæ mentis parentem & conditorem, laude & gratiarum actione proſequens, voceque divina Stellas Errantes ſuo gradu dejiciens, nomini Vitæ teſtimonium proferret. Neque obſequium defuit. Et ſecuta par Geniorum benevolentia: quorum juſſu, ædes ſtructa, viriditas frugifera & herbeſcens ſata, aqua fluvialis & Jordani fuſa, &, cum finis adeſſet, in loco lucis apud Adakas Zivo, ſui parentem, ſedes parata ipſi fuit. Quibus vero auditis, Spiritus & Stellæ Errantes, in luctu manentes & conſultantes, dixerunt: capiamus

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

inde Fetahili, domum ſui parentis repetere, ut rem geſtam narraret. Spiritus ex contrario, ut (Magas) Humro & Aſtarto, & Stellas, tam Errantes, ſuos liberos, odii machinatores, quam Zodiacales, communis perniciei auctores, item quinque Superbas, belli cauſſas, excitaret, operam dedit. Iraſcens vero Fetahil vehementius, quam prudenter, baculo intento, pectus triclinio alliſit. Et redux ad domum Vitæ coram patre ſuo hæc diſſerere ſtatuit: creatus a me mundus erat. Quem vero ut demolirentur, Spiritus Magas Humro & Aſtarto, & Stellæ, quæ Errantes,

ܐܢܫܐ ܕܢܟܠܝ ܠܗܘܐ ܘܐܬܡܠܟܬܗ ܐܝܟ ܒܚܘܝܢ ܒܠܒܐ ܣܢܝ
ܕܢܘܗ ܐܝܟ ܒܚܝܠܐ ܢܘܪܐ ܠܗܘܢܟܠܝܗ ܡܪܐ ܒܐܬܪܐ ܣܢܝ
ܒܗܘܢܗ ܡܬܠܐ ܒܚܟܡ ܠܪܒܥܐ ܒܗܒܐ ܘܒܟܠܝܢ ܗܘܐ
ܕܪܟܐ ܘܚܟܡܐ ܘܚܠܝܐ ܒܗܘܐ ܒܝܢ ܗܢܝܢ ܒܚܒܝ ܒܗܟܠܗ
ܒܗܐ ܕܢܟܠܝ ܒܗܘܐ ܡܢܝ ܕܐܬܡܠܟܬܐ ܐܢܫܐ ܘܕܟܠܡܐ ܕܐܪܥܐ ܠܐ
ܠܟܠܡܐ ܘܚܠܝ ܠܟܠܐ ܗܝܐ ܗܘܐ ܡܢܝ ܕܠܐ ܐܪܥܐ ܘܕܟܠܡܐ
ܠܒܡܬܘܒܐ ܒܟܠܡܐ ܐܢܒܡܐ ܘܡܟܢܝ ܠܟܠܐ ܗܝܐ ܗܘܐ ܠܐ ܚܟܡܐ
ܚܠܝܐ ܗܝܐ ܒܝܢ ܡܢܐ ܚܝ ܡܢ ܡܟܪܗ ܠܐܒܪ ܢܘܪܐ ܡܬܒܬܝܐ

Vagos Corruptores, quæ vero Zodiacales, Diabolos (quorum in mundo ſimulacra), & quæ Quinque appellatæ, ſævos Imperatores (quorum in terra vaſta & aqua profunda item ſimulacra) in medium vocarunt. Atque jactans ſui Sp., orbis terreſtris imperium, nobis abrogatum, ſibi arrogat. Domini tamen nos fabricæ mundanæ. Cujus autem domina Spritus loco noſtri futura eſt: cuſtodiæ ſuæ honore ſolo nobis relicto. Quod vero nefas, Erit Zodiacalium, dies, menſes, horas, di-

[illegible]

---

lucula & crepuſcula diſcriminare. Sed ad nos pertinebit, ſi fabrica mundi noſtra futura ſit, ſpatia ſui temporis ita definire, ut a terræ coagulo ad primordia Adami 360,000, & ab his ad generis humani incunabula 480,000 anni, omnes inter ſe æquales, & tales, quales a Spiritu fallaci & Zodiacalibus perditis deſcripti fuerint, perpetua ſerie vertantur. Spiritui & Septemſtellaribus ignotum, orbi dominum haud defuturum eſſe. Adamum, filium

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

dilectum, qui Superas Poteſtates colat, qui conſiſtens pedibus beſtiam voracem manu percutiat, & qui, quibus poterit, proſit, ego creem. Quæ vero meditatus Fetahil, Stellis Errantibus, quæ regnum, animantibus domeſticis, feris, ceterisque rebus terreſtribus deſtinatum, inter ſe diviſerant, dixit: Adamum, orbis regem, creemus. Reſponderunt: illius operis etiam nos ſociæ. Ille: negotio ſolus ego ſuffecerim. Hæ: nonne & nos potentes mundique moderatrices? Ille: vos nutriciæ illius & ſervæ

ܒܡܠܟܘܬܗܘܢ ܠܐܦܫܝܢ ܘܢܫܡܬܐ ܠܐ ܠܚܝܝܐ ܕܢܦܫܐ ܒܥܠܡܐ ܡܐܬܝܬܘܢ ܠܐܬܝܪ

ܐܢܬܘܢ ܘܐܬܡܠܟܘ ܐܒܗܘܢ ܡܠܐܟܝܐ ܒܗܝܪܐ ܐܬܪܚܡܘ ܒܗܠܝܢ ܕܒܗܝܪܐ

ܐܬܟܢܫ ܕܢܦܠܬ ܘܢܦܠܬܝ ܠܐܬܟܢܫ ܐܠܐ ܐܒܐ ܕܐܬܪܐ ܠܐܬܝܪ ܒܗܐ

ܢܫܡܬܐ ܠܦܓܪܐ ܙܗܐ ܕܐܬܪܚܡܘ ܠܥܠܡܝܢ ܚܝܐ ܢܦܠ ܢܦܠ

ܘܕܢܐ ܐܢܐ ܢܫܡܬܐ ܒܒܣܪܐ ܘܐܬܒܢܝܬܐ ܘܗܘܗܘ ܠܒܫܝܢܐ ܘܐܬܪ

ܐܬܪܐ ܕܢܦܠܐ ܘܡܘܬܐ ܠܒܗܝܪܐ ܘܢܦܫܐ ܘܐܬܡܠܟܘ ܐܬܪܐ ܕܢܦܫܐ

ܒܡܠܟܘܬܐ ܘܐܬܡܠܟܘܢ ܠܐ ܢܫܡܬܐ ܐܠܗܝܢ ܢܦܫܐ ܗܘܘܠܐ ܠܐܬܝܪ

ܒܦܓܪܐ ܒܠܒܫܐ ܕܢܫܡܬܐ ܒܚܝܝܐ ܒܪ ܡܠܐܟܝܢ ܠܚܝܐ ܠܒܐ

---

perpetuæ. Talem vero fabrefacere fi aufæ fueritis, animam ei addere nunquam poteritis. Quod & accidit. Conformato enim corpori fpiritum infundendi facultas defuit. Itaque advocatus fuit ventus acer, qui offa agitando ea medullæ capacia redderet: arceffita ignis vivi claritudo, quæ fictam Adami imaginem illuminaret: accitus tepor æftus, atque calor ignis peredentis molemque quamvis permeantis, qui fpinas dorfi in brachii utriusque movendi protendique poteftatem impleret. Sed ut pedibus fe Adam exigeret, non effectum. Sic & Fetahil ad lucis locum

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

reverſus, interroganti patri, quid feciſſet, reſpondit: quod feci, omne id quidem mei, non vero tui imaginem expreſſam habet. Quocirce Pater hic Geniorum Genium Summum Mano, in occulto verſantem, corporaque adumbrata omnis generis & ſpeciei illuſtrantem, adiit, acceptamque illius tiaram Fetahili dedit: Geniis Vitæ, Hebel, Schetel & Anuſch ad animam Adami diligenter attendere juſſis. Animæ autem corpori miſcendæ Fetahil imperitus. Quam itaque & ſub adventum in tellurem cum ille ad Adamum ferret, eam ipſi de manu (ego Gabriel) ſumſi, &, hujus

[illegible]

---

oſſibus ſtudioſe apteque compoſitis, corpus ſpiritu divino afflavi, & cerebrum judicii, ſplendore Vitæ colluſtrat; particeps feci, dicens. Genie: vocem articulatam bonæque rationis redde. Quo autem facto, Dæmonibus, agminatim & aſſultim diſcerpere Adamum cupientibus, me obtuli. Quomodo & Fetahili, facinus ſuum lamentanti, ſub ſpecie patrii ſplendoris apparui Neque non ego viſus Spiritui corruptrici Stelliſque Errantibus. Quæ conſcientiâ ſceleris afflictæ & proſtratæ dixerunt: deliquimus; ſed delicti veniam a te, Domine, petimus. Et hæc data:

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

fide autem jurata, ne in animam Adami peccarent. Atque Adamo ſapienter præceptum fuit, ut Adakas Zivo Genium, ſuæ mentis parentem & conditorem, laude & gratiarum actione proſequens, voceque divina Stellas Errantes ſuo gradu dejiciens, nomini Vitæ teſtimonium proferret. Neque obſequium defuit. Et ſecuta par Geniorum benevolentia; quorum juſſu, ædes ſtructa, viriditas frugifera & herbeſcens ſata, aqua fluvialis & Jordani ſuſa, &, cum finis adeſſet, in loco lucis apud Adakas Zivo, ſui parentem, ſedes parata ipſi fuit. Quibus vero auditis, Spiritus & Stellæ Errantes, in luctu manentes & conſultantes, dixerunt: capiamus

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Adamum, rebusque terreſtribus apud nos detineamus. Vocem ubi ille ſummittet, nos intendemus: ubi ille cibo potuique indulgebit, nos mundum occupabimus: & illius animum, ſacris varii generis inſtitutis, chorisque & coronis tripudiantium ductis, ut noſtros & feſtivos varii generis ludos ipſe etiam agere velit, citharæ tibiæque concentu flectemus. Sed mundo quam male ab his, tam bene a me (Gabriele) conſultum fuit. Convocavi Genios, meos fratres, familiæque Adami cuſtodes, & quid

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

conſilii cepiſſeut Stellæ Errantes, ut in ſuam prædam
hæc ſtulteſceret, eis expoſui. Quo autem cognito, petie-
runt illi Genii, ut Adamo, nuptiis in ſui firmamentum
conciliatis, ſpem ſtirpis numeroſæ & mulierem in ma-
trimonium darent. Sic uxor adjuncta ei Hava. Sed
gaudium, quod inde perciperemus perenne, nobis Spi-
ritus & Stellæ Errantes inviderunt. Et hæc ſua moli-
mina. Obtulerunt Adamo, Spiritus verba blanditias
ſpirantia, Sol ſtolam, Luna tunicam talarem, Nebu ar-
gentum, Kivan calceamenta & induſium, Bel panem &
vinum, Nerig frugem, Addiderunt his Dæmones Zo-

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

diacales, Sahari plexas coronas, Divi ſaginam, Akuri comeſſationem, Humri ſaltationem, Neuli flores dotesque, odorifera acervatim, jasminum, hyſſopum, ſyſimbricum, aſparagum, & narciſſum: quarum rerum ope nihil non deteſtandi effecerunt. Et Adamum ut laniena, coquina, & vinolentia ſibi obſtringerent, curæ fuit. Quam vero fraudem ego & Genii, ; fratres, irritam reddidimus. Et, bene beateque vivendi præceptis Adamo benevole traditis, Spiritum ſuæ vocis rebellis, Stellasque Errantes & Zodiacales ſuæ malitiæ puduit. Firmata ſtirps Vitæ, ſancta & generoſa. Atque

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

gloria nos Adami, donec ab Hava corruptus fuit. Quos vero cum Spiritus videret, vocatis Zodiacalibus dixit: cur, quæ lumen orbi præferimus, ejus exſortes erimus? Quem itaque deſeramus. Splendori quis ipſi tum fnturus? Interpellavi (ego Gabriel): hanc fabricam ſolus ego irradians gubernabo. Sed Spiritus Stellæque Errantes & Zodiacales conſilium hoc ſecretum & callidum agitarunt: fiat fovea, cui menta injiciatur. Et, conſcientiâ arcani jurejurando obſtricta, tam vini quam aquæ artificio orbem faſcinemus, cœtumque, quem Hoſpes (Feta-

ܡܢܝܗ ܗܘܐ ܠܟܘܠܠ ܐܪܐܐ ܕܡܬܐ ܕܒܘܗ ܡܝܬܠܝܘܢ ܠܟܘܠܗܘܢ
ܒܟܘܫܬܐ ܠܟܘܪܝܗܝ ܐܘܢܐ ܠܟܫܒܒܝ ܡܪܒܐ ܒܟܠܡܬܐ ܘܐܪܩܝܗ
ܒܢܒܒܐ ܒܦܬܐ ܘܒܬܐ ܐܒܫܒܝ ܢܦܩܝ ܒܡܝܐ ܘܦܝܪܐ ܦܠܝܓܢܘܢ
ܠܢܘܟܪܐ ܘܢܝܪܐ ܠܡܫܝܚܐ ܘܦܘܫܐ ܠܪܘܚܐ ܘܒܘܗܪܐ ܘܒܘܪܐ ܕܦܪܝ
ܡܩܠܠܠܝܒܗ ܙܒܘܢܐ ܘܠܡܪܐ ܕܒܗ ܡܫܬܘܬܒܗ ܒܟܫܬܐ
ܡܩܠܠܠܝܒܗ ܡܝܬܐ ܘܒܠܘܪܐ ܙܝܫ ܒܘܠܗ ܢܒܫܝܘܐ ܡܩܠܠܠܝܒܗ
ܒܢܝܢ ܫܡܒܐ ܕܒܗ ܫܡܒܐ ܐܓܪܝ ܡܩܠܠܠܝܒܗ ܐܡܫܬܐ ܕܢܒܝܬܐ

---

hil) iniit, perturbemus, bonique terrestris exheredem faciamus Frugiferis posthæc, herbosis, aquosis & metalliferis malefactum est. Et, sorte ducta, obtigit vis, molliens Spiritui, qua genus humanum deliniret, igeniosa Mercurio, qua ad tympani tibiæque concentum hoc illiceret; malefica Suturno, qua idem læderet; callida Soli, qua sui cultores sibi conciliaret; diminuens Lunæ, qua detrimentum cuivis rei inferret; intempesta Jovi, qua ut fluctu volvente mortales jactaret; armifera Marti, qua inte eos bella cieret; & hæc Zodiacalibus, ut, terræ incolis invidiose discordantibus, nec dies, menses, horæ, crepuscula & dilucula congru-

[illegible]

---

erent. Suum vero antrum pulſu tympanorum & cantilenis, veneficii lenociniis, cornibus & tubis, cædis incitamentis, atque citharis, mollitiei inſtrumentis, ſicut & perjuriis, animi fallacis ſignis, reſonum. Et hic ſtrepitus ſellam terræ cœlique cardinem concuſſit. Quo autem audito, Adam ſomno excitatus, locumque lucis ſuſpiciens, Genío Hebel dixit: cur medio in mundo ſonus hic exſtitit? Commotum eo cœlum, totaque terra tremuit. Ipſi ita ſciſcitanti ſub ſpecie ignis vivi ego (Gabriel) conſpicuus, reſpondi: triſtitiæ te ne tradas, tui perſecutores proſternam. Havæ, tuæ uxori, item ſolatia af-

ܦܬܠܐ ܘܐܢܘܫ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܝܡܗ ܐܦܩܕܬܗ ܚܝܪܐ ܠܐܕܡ ܐܝܢ
ܡܢ ܟܕ ܕܐܡܪ ܢܦܫܗ ܒܡܫܩܘܪܬܐ ܗܘܬ ܘܡܢܬܐ ܠܚܫܫܗ
ܠܠܐ ܒܠܒܗ ܒܬܫܠܒܗ ܘܡܢܐ ܐܬܫܡܫ ܒܒܫܘܬܐ
ܘܡܒܗܗ ܠܐܡܪ ܐܒܘܗ ܘܠܟܝܡܐ ܐܦܗ ܘܐܠܝܗ ܚܝܘܗ ܘܢܝܢ ܦܒܢܐ
ܘܢܩܒܫ ܙܘܡܐ ܕܘܙܐ ܦܥܦܫ ܙܝܢܐ ܒܢܠܠ ܐܦܐ ܒܝܢ ܕܟܐܠܐ ܦܝܫ
ܒܠܒܗ ܒܢܟܗ ܒܝܢ ܙܘܡܐ ܐܟܠܬܗ ܠܟܒܫܬܗ ܐܝܪܗ ܟܠܠ ܠܘܬܟܗ
ܘܦܩܕܗ ܦܐ ܦܟܒܫܠܗ ܘܦܩܪܠܗ ܠܟܫܘܬܐ ܕܐܝܢܗ ܐܦܩܕܬܗ ܒܝܢ

---

feras. Et fratribus meis, Hebeli, ſplendore gaudenti, Scheteli, nominato a plantam ferente, & Anuſcho, fratres ſuos alloquentes libenter audienti, hæc injunxi: curate, ut Adam hilare vivat. Enimvero ex ſua familia quidam pravæ indolis, inquiete nocturna maloque conſilio agitatus, parentem & fratres deſeruerat. Lætum id Stellis Errantibus. Et obtulerunt, Spiritus ignem, Sol flatum, Jupiter myrtum, Saturnus coronam, Luna bona vota. Sed in ipſorum ſocietatem a Spiritu idem inductus, ſuum pallium & cornu excuſſit, præceptaque, quæ a fratribus acceperat, memoravit.

[illegible]

Tamen, poculo per tres vices dato haustoque, captus animi & ebrius ille seliens. Et rediturus domum, Spiritui, personâ suæ uxoris induta, lecto flagitii strato, deliciisque varie temperatis, in via occurrenti, dixit: Hava, soror mea & uxor, vestis tua candida: cur tunica tua variegata? Proceritas tua cedro similis: cur tu lauta? Crura tua propagines eminentes: cur auro distincta? Tuæ ulnæ cœlestes: cur argento insignitæ? Caput tuum nubes lucis: cur capilli pectine comti? Oculi tui oculi splendoris: cur

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

color fuco illitus? Quem vero, eam amplexum, in ſplendida nube me viſo, ſui moris impii puduit. Neque impunita Stellarum Errantium fraus. Spiritum ſolio deturbavi, frenisque cameli adhibitis, ſub ictu clavæ, & prehenſa ſua comâ, cœlo illigavi. Solem, Spiritus ultra fas amantem, effeminavi. Lunam flagris cædi, ipſique, ſublata ſua ſpecie, eam quæ ignis peredentis eſt impoſui. Mercurio, ſiniſtræ ſtellæ, fracta ſua tibiâ, maledixi, everſaque ſui imperii ſede, ſecretam & obſcuram aſſignavi. Jovem, ſcutica quoque mul-

ܐܘܠܒܬܗ ܒܟܫܐ ܒܟܢܫܬܬܠܗ ܠܒܫܠܠ ܒܡܫܒܐ ܐܠܩܡܝ ܡܫܡܠܗ ܘܠܝܐ

ܡܢ ܢܫܗ ܫܬܠ ܘܫܬܩܬܠܗ ܡܘܩܐ ܒܫܫܘܬܗ ܠܒܪܝܢ

ܒܝܐܪܐ ܡܫܡܬܗ ܒܝܢ ܐܬܠ ܐܬܪܐ ܐܡܪܬܠܗ ܫܘܬܝ ܒܪܘܫܝ

ܗܘܝ ܒܒܒܐ ܢܗܘܠܝ ܡܐܬܫܪܐ ܒܡܫܬܪܠܝ ܠܠܡܐ ܪܪܘܫܘܝ

ܡܠܡܐ ܘܡܫܬܐ ܘܪܒܐ ܒܝܢ ܐܬܗܘܝ *

tatum, coronaque ſui capitis privatum, labe adſperſi, Marti denique ſecurim inflixi. Et juſſi, ut hæ ſtellæ, Adami perſecutrices, tanquam illius ſervæ ſuam ſingulæ ſtationem agerent, donec eæ utpote mutabiles & interituræ omnes exſtinctæ forent *).

*) Ampliora hæc in Codice: quorum vero haud pauca, inaniter repetita, cum contrahere aut tranſire, tum eodem actu plura & memorabiliora publicare licuit. Sic &, quibus noſtra Typographia caret, vocales literæ conſonis non additæ. Quas tamen, & ubi Gutturalium (qualium quoque os Nazarææ ut Samaritanæ gentis non capax) vices ſuſtinent, per ſuas Gutturales exprimere datum fuit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-31586/fragment/page=00000062

[illegible]

Extollendus honorandusque est Deus, Maximus & Supremus. Laude dignus Rex Summus lucis, Deus veritatis, potestatisque plurimæ & infinitæ. Splendor ille purus, & lux summa, nec unquam interitura. Qui & idem clemens, propitius, misericors, vindex omnium fidelium, magnificus, sapiens, sciens, videns,

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

rei omni imperans; Dominusque est omnium creaturarum lucis, superiorum, mediarum, & inferiorum. Vultus suus gloriosissimus: nec is spectabilis. Quomodo nec sui similem sua corona, aut sui æqualem sua potentia habet. Qui ipsi confisus fuerit, non erubescet, &, qui ejus nomen vere celebraverit, non cadet. Dominus est Maximus omnium regum: nec unquam fuit, tanquam qui non fuisset, aut unquam erit, tanquam qui non futurus sit. Lucet ejus lux, quæ incomparabilis: ejusque splendor adornatus om-

[illegible]

---

nibus creaturis regibusque, qui coram consistentes magna & superna luce collucent. Fecit etiam is locum petitioni gratiisque eorum, quorum cor occupat, & qui versantes in nubibus lucis Dominum celsitudinis adorando celebrandoque prosequuntur. Mensura, numerus, terminus claritati lucique suæ deest. Totus est vita, totus justitia, totus misericordia, totus oculi, totus visus, totus cognitio: cujusque vim nemo sustinuerit aut definierit. Creator ille omnium formarum, pulchrarumque opifex; suæ vero sapientiæ

ܕܡܘܬܐ ܢܫܠܗ ܙܒܐ ܗܘ ܕܡܫܬܡܠܝܐ ܠܫܠܗ ܢܫܡܬܐ

ܗܘ ܕܙܘܓܐ ܠܫܒܗ ܒܫܡܝܐ ܕܡܪܐ ܠܫܒܗ

ܒܫܡ ܒܓܘܪܒܝܐ ܟܠܟܝܐ ܦܠܓܝܐ ܢܝܪܐ ܘܡܫܠܓܐ

ܒܢܐ ܕܒܠܟܘܢ ܢܗܪܐ ܘܐܒܐ ܐܘܪܬܐ ܕܒܠܟܘܢ ܐܘܪܬܐ ܡܠܟܐ

ܕܡܪܝܒܫ ܢܫܐ ܦܪܐ ܒܡܬܪܘܬܐ ܟܠܟܝܐ ܘܟܫܠ ܕܚܫܡܝܢ

ܢܫܐ ܕܠܗ ܘܡܬܒܟܐ ܕܐܘܪܬܐ ܘܡܠܟܐ ܕܡܪܒܝܢ

ܦܬܐ ܗܘ ܡܢ ܒܠܟܘܢ ܟܠܟܐ ܐܝܟ ܐܪܥܐ ܡܢ ܕܡܢ

---

obtegens. Splendor ille immutabilis, & lux non occidua. Sic etiam is vivens supra viventem, cui nihil mortale inest: bonus, cui nihil mali inest: mansvetus, cui nihil iracundi inest: mitis, cui nihil acerbi inest. Sedens hic in aquilone sublimi, imperans, gloriosus, eminens, basis omnium lucentium, Pater omnium Geniorum, Rex civitatis vitæ, in supremis degens. Nec illius potentiam, aut sedes, quas Genii Regesque tenent, quis definierit. Altior is omnibus creaturis, in quantum terra suis incolis, & cœlum

ܐܢܫܝ ܫܦܝܪܐ ܡܢ ܛܘܪܐ ܘܢܗܝܪ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܫܡܫܐ ܡܢ
ܫܪܓܐ ܘܚܘܪ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܣܗܪܐ ܡܢ ܟܘܟܒܐ
ܐܙܠܝ ܙܠܝܩܝܬܐ ܕܟܠܝܠܗ ܠܟܠܗ ܐܬܪ ܘܙܝܘܐ ܕܢܗܘܪܐ ܘܕܝܩܪܐ
ܢܦܩܝܢ ܡܢ ܦܪܨܘܦܗ ܐܝܟ ܕܗܘ ܒܝܬ ܛܪܦܐ ܕܟܠܝܠܗ
ܘܚܡܫܐ ܙܠܝܩܝܢ ܚܫܝܒܐ ܫܦܝܪܐ ܪܘܪܒܐ ܘܒܗܝܪܐ ܡܬܦܪܣܝܢ
ܡܢܗ ܢܗܘܪܐ ܕܢܩܫ ܠܥܘܬܪܐ ܘܢܫܡܬܐ ܪܝܚܢܝܬܐ ܕܢܫܒܐ ܕܢܫܒܬ
ܠܥܘܬܪܐ ܩܠܐ ܒܣܝܡܐ ܕܡܕܝܨܝܢ ܡܐܡܪܐ ܕܦܘܡܐ ܕܡܩܝܡ ܠܗܘܢ

---

montibus: ut & idem splendidior omnibus, in quantum sol lucernis, atque candidior omnibus, in quantum luna stellis. Transeunt scintillæ suæ coronæ per omnem locum, fulgoresque splendoris ac gloriæ ex illius facie, perinde quam inter coronæ suæ folia erumpunt. Quinque autem radii, insignes & magnifici, ab eo se diffundunt. Primus lux, quæ Geniis orta: secundus svavis flatus, qui eis adspirat: tertius dulcedo vocis, qua hi exsultant: quartus verbum oris, quod eos erigit, & ad cultum pietatis instituit: quin-

[illegible]

---

tus species formæ, qua, velut fructus sole, adolescunt. Verum, aperto ore, Genii omnes, Regem altissimum lucis celebrantes, profitentur: quis te celebraverit? quis te magnificaverit? quis tibi benedixerit? quis te honoraverit, aut te pro tua dignitate laudaverit? quæ laudatio infinita foret. Aut tibi bene precatus fuerit? quæ tui precatio maxima & infinita foret. Aut te pro tua altitudine verbis extulerit? Quæ tua altitudo immensa est. Aut te pro tua profunditate definierit? Quæ tua profunditas incomparabilis est. Aut virtu-

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

---

tem tui splendoris tuæque lucis prædicaverit? qui tuus splendor est nobilior, quam ut dicendo comprehendi, & quæ lux major ac excellentior, quam ut orando commemorandoque exponi possit. Beneficentia bonitasque summa Regis altissimi lucis, hæc ab eo nascentia seque proferentia terminari finibus nequeunt. Neque noverit hæc quisquam aut discreverit præter vitam, quæ tecum versatur, & præter Genios ac Nuntios, qui coram te consistunt. Creaturæ omnes tui nominis nesciæ. Sic & dicunt Reges lucis, se in

ܠܚܕܕܐ ܘܐܡܪܝܢ ܡܠܟܐ ܕܢܘܗܪܐ ܠܡܥܠܝܐ ܡܢ ܫܡܐ ܠܢܘܗܪܐ
ܗܢܘܢ ܘܐܡܪܝܢ ܠܝܬ ܫܘܡܗܐ ܐܝܟ ܫܘܡܗܐ ܕܠܝܬ ܕܢܩܪܝܘܗܝ
ܒܫܘܡܗ ܘܠܡܐܬ ܕܢܫܬܘܕܥ ܠܐ ܒܟܝܢܗ.

---

vicem interrogantes: nomenne sit summæ luci? iidem vero respondentes: nomine ea caret. Sed nomine cum ea careat, nec fuerit, qui vere ejus nomen invocare, noscendique illius naturæ insistere possit.

ܒܫܘܡܝܗܘܢ ܕܗܝܐ ܪܒܐ ܢܘܟܪܝܐ ܡܢ ܥܠܡܐ ܕܢܗܘܪܐ
ܥܠܝܐ ܕܥܠܘܐ ܒܥܒܕܝܗܘܢ ܕܒܟܪܐ ܗܘܝܢ ܗܘ ܐܪܙܐ ܘܣܕܪܐ
ܩܕܡܝܐ ܕܡܠܘܐܬܐ ܚܝܐܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܗܘܬ ܡܢ ܠܩܕܡܝܐ ܟܕ
ܗܘܐ ܦܝܪܐ ܒܦܝܪܘ ܦܝܪܐ ܘܟܕ ܗܘܐ ܐܝܪ ܒܐܝܪܘ ܐܝܪ ܘܟܕ
ܗܘܐ ܡܐܢܐ ܪܒܐ ܕܐܝܩܪܐ ܕܗܘܢ ܡܢܗ ܡܐܢܐ ܪܘܪܒܐ ܒܡܐܢܐ ܕܢܦܩܘ
ܐܝܩܪܗܘܢ ܘܟܡܢ ܢܗܘܪܗܘܢ ܕܐܬܐ ܦܠܐܚܬܗܘܢ ܠܐ ܗܘܐܟܗ
ܒܦܝܪܐ ܪܒܐ ܕܢܦܩ ܘܥܒܕܐ ܠܟܠ ܠܗ ܕܐܝܬܘܗ ܢܦܩ ܡܢ

In nomine Vitæ Summæ, novissimæ, creaturarum lucis excellentissimæ, rebusque omnibus superioris, Arcana hæc & princeps sidra 1) doctrinæ vivæ ac primæ, & qua non alia prior. Ubi exstiterat Firo (Gloria 2) per Firo, & exstiterat Ajar (Spatium 3) per Ajar, exstitit Mano (Æon 4) dominus gloriæ. Quo autem ex Mano (Æone) exstiterunt alii Mani

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

(Æones 4), ii Magnates præstantissimi, quorum excellens splendor, quorum magnifica lux, quibusque, non alius prior exstitit Æon in Firo, Domino amplissimo & infinito, cujus splendor illustrior, quam ut ore prædicetur, cujusque lux major, quam ut labiis enarretur. Sic etiam ex eo, quod in Firo (Gloria) exstiterat, exstiterunt mille mille Firi (Gloriæ 5) infiniti, & myriades myriades Majestatum infinitarum. Pari modo exstiteruut in quolibet Firo (Gloria) mille mille Portæ (Aulæ 6) infinitæ, & myriades myriades Majestatum (7) infinitarum, consisten-

ܒܫܘܡܗ ܕܗܘܐ ܡܫܒܚܝܢ ܠܡܐܢܗܘܢ ܐܝܟܢܐ ܕܢܗܘܪܐ ܘܗܘܐ

ܐܝܟ ܕܡܫܒܚܢܐ ܐܝܬ ܕܝܪܐ ܗܘܐ ܐܬܡܫܚܢܘ ܘܡܫܒܚܢܐ

ܠܡܠܟܗ ܕܡܠܟܘܗ ܡܡܪܐ ܡܠܟܐ ܚܝܝܢ ܘܙܘܪܝܢ ܕܡܠܟܘܗܝ

ܒܠܘܫܒܫܝܢܐ ܡܠܟܝܢ ܘܡܫܡܝܢ ܠܗ ܐܝܟ ܒܝܬܗ ܘܡܫܚܢ

ܒܝܢ ܠܡܠܟܘܗܝ ܘܡܫܒܚܢܐ ܕܡܫܒܐ ܕܝܪܐ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܝܪܐ

ܗܘܐ: ܦܪܐ ܠܝܗ ܐܢܐ ܘܒܝܢ ܗܘܐ ܐܢ ܠܝܗ ܘܒܝܢ ܗܘܐ ܡܐܪܐ

---

tium & celebrantium illum Mano, Dominum gloriæ, habitantem in Ajar, Domino Vitæ, versantis in medio Jordani, aquæ candidæ, quæ a Mano Domino exstitit, cujusque svavi odore omnes radices lucis, & splendoris summi, omnium primi, afflantur. Neque minus ad Jordanum maximum, infinitum & ineffabilem, satæ plantæ, vigentes & hilares, hymno omnes plenæ, & in perpetuum mansuræ. At vero ex Jordano hoc maximo etiam exstitere alii Jordani, infiniti & ineffabiles. Ubi autem exstiterat Firo per Firo, ubi exstiterat Ajar per Ajar, ubi exstiterat Juro (8);

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Dominus splendoris & lucis, illustris & præstantis, quo non alius prior exstitit; ab hoc exstitit Jordanus maximus aquæ vivæ; quo ex Jordano vicissim exstitit Vita. Et effusa hæc in regionem Ajar: quam incoluit. Componens vero se hæc Vita in similitudinem Summi Mano, a quo exstiterat, precibus ab eo petiit, quæ sibi satisfacerent. Precatione tum prima exstitit Genius Oeconomus (Demiurgus 9), qui Vita Secunda a Vita Prima appellatus fuit. Exstitere etiam alii Genii, infiniti & ineffabiles. Atque in Jordano, qui a Vita exstiterat, & qui ut Jordanus

ܡܢܝܢܐ ܩܕܡܝܐ ܐܫܠܡܐ ܠܐܬܪܐ ܕܢܗܘܪܐ ܘܐܬܩܝܡܬܗ ܚܝܐ

ܬܢܝܢܐ ܚܝܐ ܩܕܡܝܐ ܠܫܠܝܚܐ ܕܚܝܐ ܦܪܫܐܝܬ ܗܠܝܢ ܐܡܪܬ

ܕܢܗܘܘܢ ܒܟܠܗܝܢ ܒܪܝܬܗܘܢ ܦܐܪܐ ܡܪܐ ܗܘܐ ܒܝܕ ܗܘܐ ܦܐܪܐ ܡܪܐ

ܘܟܕ ܦܐܪܐ ܡܪܐ ܗܘܐ ܡܠܟܐ ܪܒܐ ܕܢܗܘܪܐ ܡܪܐ ܕܐܝܩܪܐ

ܘܡܢ ܡܠܟܐ ܕܢܗܘܪܐ ܡܪܐ ܕܐܝܩܪܐ ܐܝܪ ܙܝܘܐ ܡܪܐ ܗܘܐ

ܘܡܢ ܐܝܪ ܙܝܘܐ ܡܪܐ ܗܘܬ ܢܘܪܐ ܚܝܬܐ ܘܡܢ ܢܘܪܐ ܚܝܬܐ

---

omnium primns in regionem lucis effusus fuit, hæc Vita Secunda constituta est.

Vita Prima mihi Nuntio vitæ explicate hæc dixit: antequam creaturæ quævis exstiterant, Firo dominus exstitit. Ubi autem Firo dominus per Firo dominum exstiterat, Rex Summus lucis, Dominus gloriæ, exstitit. Et ex Rege lucis, Domino gloriæ, Ajar Zivo (10) dominus exstitit. At ex Ajar Zivo domino Ignis Vivus (11) exstitit. Et ex Igne Vivo Lux virtute Regis lucis exstitit. Vita autem Firo do-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-31586/fragment/page=00000075

ܫܟܝܢܬܐ ܢܗܘܪܐ ܗܘܐ ܒܫܡܠܐ ܕܡܠܟܐ ܕܢܗܘܪܐ ܗܝܐ ܦܐܪܐ
ܡܪܐ ܗܘܐ ܚܝܐ ܗܘܐ ܦܝܪܐ ܡܪܐ ܗܘܐܒܗ ܝܪܕܢܐ ܗܘܐ
ܝܪܕܢܐ ܡܪܐ ܗܘܢ ܡܝܐ ܚܝܐ ܗܘܢ ܡܝܐ ܪܒܐ ܘܪܘܙܐ ܘܡܢ
ܡܝܐ ܚܝܐ ܚܝܝܢ ܚܝܐ ܗܘܝܢ ܗܘܝܢ ܚܝܝܢ ܚܝܐ ܘܗܠܝܢ
ܒܬܪܗܘܢ ܐܘܬܪܐ ܗܘܢ ※

---

minus exstitit, Vita exstitit Firo dominus, per quem Jordanus exstitit. Jordanus vicissim dominus exstitit Aqua Viva 12): quæ magna & exhilarans. Ex Aqua vero Viva nos Vitæ (Prima, Secunda & Tertia) exstitimus, exstitimus nos Vitæ: omnesque deinceps Genii 13) exstiterunt.

---

1) ܣܕܪܐ *ordo, ſeries, inſtructio.*

2) ܦܐܪ ex Hebr. פאר *cidaris, tiara,* תפארת *gloria;* cui respondet δοξα Luc. 2: 9. Joh. 1: 14. 12: 41. 1 Cor. 15: 40, 41. Apoc. 21: 11.

3) ܐܝܪ Syr. ܐܐܪ aër, Ch. אויר ἀηρ, *ſpatium, vacuum,* locus in quo nihil nisi aër eſt.

4) ܡܐܢܐ, Ch. מאן, Syr. ܡܐܢ *vas, indumentum,* Gal. pr. *vas,* transl. *indumentum, forma,* item *Natura coele-*

ſtis, Æon, ſive bonus, ſive malus. Sic & כלי *vas, indumentum*, Lev. 13: 49. Devt. 1: 41. Atque σκευος *vas, corpus, perſona* 2 Cor. 4: 7. cfr. αιων Hebr. 1: 2. δι ȣ και τȣς αιωνας εποιησεν. 1 Cor. 2: 7. προ των αιωνων. Eph 2: 2. κατα τον αιωνα τȣ κοσμȣ τȣτȣ, κατα τον αρχοντα της εξȣσιας τȣ αερος, τȣ πνευματος &c. v. 7. εν τοις αιωσι επερχομενοις. 2 Cor. 4: 4. Diabolus dicitur ὁ θεος τȣ αιωνος τȣτȣ *fabricæ mundanæ.*

5) 2 Petr. 2: 10. δοξας ȣ τρεμȣσι βλασφημȣντες.

6) Eph. 1: 20, 21. και εκαθισεν εν δεξια αυτȣ εν τοις επȣρανιοις, υπερανω πασης αρχης και εξȣσιας και δυναμεως, και κυριοτητος. Col. 1: 16. εν αυτω εκτισθη τα παντα, τα εν τοις ȣρανοις και τα επι της γης, τα ὁρατα και τα αορατα, ειτε θρονοι, ειτε κυριοτητες, ειτε αρχαι, ειτε εξȣσιαι.

7) ܫܟܝܢܬܐ i. g. Ch. שכינא *majeſtas*, vide Buxt. cfr. Apoc. 13: 6. *blaſphemare* το ονομα αυτȣ, και την σκηνην αυτȣ, και τȣς εν τω ȣρανω σκηνȣντας.

8) ܝܘܪܐ *Juro* ex אור *lux.*

9) Demiurgus hic, ita Gnoſtici fabulantur, utcumque divinæ naturæ, tamen arrogans, & ſive caſu *Pleromate* elapſus, ſive a Deo miſſus, rudem & extra lucidum ſpatium, quod ſupremum Numen tenebat, jacentem materiæ molem, motus ex ſe turbulentos cientem, compoſuit, ornavit, luciſque quadam portione temperavit. Moshem. Hiſt. Inſt. Eccleſ. p. 41.

10) ܐܬܪ ܢܗܝܪܐ *ſpatium ſplendidum.*

11) ܢܘܪܐ ܚܝܐ *Ignis Vivus*. Jerem. 25: 10. אור החיים Math. 3: 11. αυτος ὑμας βαπτισει εν πνευματι ἁγιω και πυρι.

12) Joh. 4: 10. ὑδωρ ζων. v. 14. πηγη ὑδατος ἁλλομενȣ εις ζωην αιωνιον. Apoc. 22: 17. το ὑδωρ ζωης.

13) ܝܬܝܪܐ ex יתר *excellens*.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-31586/fragment/page=00000079

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-31586/fragment/page=00000080

ULB Halle
001 154 01X 3/1

D: Dc 1080

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-31586/fragment/page=00000081

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:5-31586/fragment/page=00000082